Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Erich Biester

Qvvm Illvstris Ivreconsvltorvm Ordinis In Alma Fridericiana Avctoritate Praeside Adolph. Frid. Trendelenbvrg ICto Antecessore Seniore Pro Licentia Svmmos In Ivre Honores Capessendi Ex More Dispvtaret Ioannes Ericvs Biester Lvbecensis Ivventvti In Dvcali Paedagogio Ervdiendae Praefectvs Vt Impvgnantibvs Disceptandi Praeberet Materiam Hosce Locos E Vario Ivre Decerptos Proposvit

Bvetzovii: [Verlag nicht ermittelbar], A. D. XXVIII. Septembr. A. O. R. MDCCLXXIII

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837407274

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Promotionsprogramme
für
nichtmecklenburgische Rostocker
Studenten.

1-5: ~~Rostock~~
6: Bützow

Mkl h
3326

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1837407274/phys_0001

DFG

Mklbg h
3326

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837407274/phys_0002
DFG

6.

QVVM

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

IN ALMA FRIDERICIANA

AVCTORITATE

PRAESIDE

ADOLPH. FRID. TRENDELENBVRG

ICTO ANTECESSORE SENIORE

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRE HONORES

CAPESSENDI

EX MORE DISPVTARET

IOANNES ERICVS BIESTER

LVBECENSIS

IVVENTVTI IN DVCALI PAEDAGOGIO ERVDIENDAE PRAEFECTVS

VT IMPVGNANTIBVS

DISCEPTANDI PRAEBERET MATERIAM

HOSCE LOCOS

E VARIO IVRE DECERPTOS

PROPOSVIT.

BVETZOVII

A. D. XXVIII. SEPTEMBR. A. O. R. cIɔIɔCCLXXIII.

I.

Eſt *poſſeſſio* ius in rem, ſed *minus principale.* *Principale* autem poteſt *dominium* in genere dici, cuius formae ſunt: dominium *rei corporalis* et *vniuerſale*, dominiumque vel quaſi *ſeruitutis* et *pignoris.*

II.

Sed procul hic eſto poſſeſſio, quam *facti* dicunt ICti. Neque omnis, quae *iuris* eſt, ſeu in iure conſiſtit, huc ſpectat. *Ius poſſeſſionis* enim (*das Recht aus dem Beſitz*) huc pertinere quidem videtur, non vero *ius poſſidendi* (*das Recht auf dem Beſitz*), niſi quatenus hoc ipſum ex poſſeſſione eſt.

III.

Itane igitur *ius poſſidendi* poteſt etiam *ius poſſeſſionis* eſſe? — Poteſt omnino.

IIII.

In orbem finire videntur, qui *dominium* dicunt ius eſſe, vi cuius quid noſtrum eſt. Sed nec poteſt omne, quod *noſtrum* eſt, recte dici in *dominio* noſtro eſſe.

V.

Pignus ne *de iure germanico* quidem dominium rei oppignoratae in creditorem pignoratitium transfert.

VI.

Fructuum perceptio, qua b. f. poſſeſſor adquirit fructus rei alienae a ſe poſſeſſae, non eſt *modus adquirendi originarius iuris naturalis.* Sed ex *iuris ciuilis* ratione b. f. poſſeſſor ad ſimilitudinem veri domini fructus rei percipiendo ſuos facit. Ideoque ad iura poſſeſſionis pertinet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837407274/phys_0004
DFG

VII.

Iudicia diuiſoria non *mixta*, nec plane *in rem* ſunt, ſed *in perſonam* tantum.

VIII.

Humani quid paſſus videtur POMPONIVS, qui PAVLO auctore, (*L. 4. ſ. 7. D. fin. reg.*) negauit, ſocium poſſe aduerſus ſocium finium regundorum experiri ratione fundorum vtriusque communis et alterutrius proprii.

VIIII.

Et a latinitatis genio recedunt, nec IVSTINIANI mentem (*ſ. 13. J. de act.*) capiunt, qui dicunt: Actiones praeiudiciales in rem quidem eſſe *videntur*, ſed *non ſunt*.

X.

De *actoris* mutata voluntate intelligendus eſt AFRICANVS in *L. 18. D. de iurisd.*

XI.

Recta proba ſunt, quae VLPIANVS dicit (*L. 15. ſ. vlt. D. de vſufr.*), proprietatis dominum ne quidem conſentiente fructuario ſeruitutem imponere poſſe.

XII.

Ne vis fiat verbis VLPIANI in *L. 13. ſ. 1. D. de pignerat. act.*

XIII.

Non litis conteſtatio, ſed editio inſtrumentorum eam antecedens, rei inducit malam fidem.

XIIII.

Fruſtra emtor prouocat ad auxilium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* niſi probauerit, duplum iuſti pretii excedere, quod dederit.

XV.

XV.

Obligationes quaſi ex contractu neque ad contractuum genus referri poſſunt, neque ex vnius partis vero, alterius ficto conſenſu deriuari.

XVI.

Exceptio partus incerti omni iuris et aequitatis rationi repugnat.

XVII.

Ordines prouinciales non *partem* imperii tenent, ſed imperium, quod principis eſt integrum, tantum *limitant*.

XVIII.

Monſtroſum eſt, quod fingunt, medium genus ciuitatum immediatas inter & municipales.

XVIIII.

Male, puto, ſentiret, qui diſſentiret a DREYERO V. S. et Ill. origines iuris Lubecenſis ex Suſatenſi deducendas eſſe negante.

XX.

Separatio bonorum non eſt modus tollendi patriam poteſtatem.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837407274/phys_0006
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837407274/phys_0007
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837407274/phys_0008
DFG

VII.

uiſoria non *mixta*, nec plane *in rem* ſunt, ſed *in perſo-*

VIII.

quid paſſus videtur POMPONIVS, qui PAVLO auctore, *D. fin. reg.*) negauit, ſocium poſſe aduerſus ſocium finium xperiri ratione fundorum vtriusque communis et alterutrius

VIIII.

itatis genio recedunt, nec IVSTINIANI mentem (*§. 13.* piunt, qui dicunt: Actiones praeiudiciales in rem quidem eſſe *on ſunt.*

X.

ris mutata voluntate intelligendus eſt AFRICANVS in *urisd.*

XI.

oba ſunt, quae VLPIANVS dicit (*L. 15. §. vlt. D. de* rietatis dominum ne quidem conſentiente fructuario ſeruitu- poſſe.

XII.

iat verbis VLPIANI in *L. 13. §. 1. D. de pignerat. act.*

XIII.

conteſtatio, ſed editio inſtrumentorum eam antecedens, rei fidem.

XIIII.

emtor prouocat ad auxilium *legis 2. C. de reſcind. vendit.* , duplum iuſti pretii excedere, quod dederit.